Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quia in hypocrisi accepit
baptismum iste probatur ad
aquam contradictionis.
Audi populus meus et testifica
bor te nobis loquitur dominus quod
cumque populo dixit. et iam nobis
loquitur. ipse est. si audieris me
quidquid quaeris ut audiam. uideamus
quid praecipiat. uenit ÷
Non erit in te deus recens cui deus
deus et recens est. quodcumque ui
tia habemus quodcumque pecca
ta tot recentes habemus deos
iratus sum ira mihi deus est.
Vidi mulierem et concupiui libido
mihi deus est. unusquisque enim quod
cupit et ueneratur hoc illi et
deus est. auarus aurum deum habet
Nec adorabis deum alienum noster deus
uistur ÷ aliorum uitia. Ego sum
dominus deus tuus qui eduxi te de
terra aegypti. si tamen exiuimus
sinhere nosum si terram repromis
sionis cupimus uidere.
Si relinquimus sodoma non respicia
mus ad sodomam saluati sumus in monte
non desideremus aegyptias carnes non dicamus
quam bene nobis erat in aegypto
quando manducabamus carnes
in ollis et alia et cu haerer.
Vis accipere cibos uis comedere

quid dicat
ipsum dominum tuum et saluatorem audi
Dilata os tuum et implebo illud. dilatate
ora uestra ipse est et dominus et panis. ip
se hortatur nos ut comedamus
et ipse noster cybus est.
Quantumcumque dilataueris tantum accipies
non ÷ igitur in mea potestate sed
in tua est. si uolueris totum me accipies. si nolueris accipies
raltim partem. et non audiuit
populus meus uocem meam.
Ego sto ante ostium ego pulso uolo ut aperiat
et ingrediar et non uis aperire. et ipse est
non intendit me. et dimisi eos secun
desideria cordis eorum ibunt ad inuen
tionibus suis infelix est quando non corripitur
Si quis peccans non punitur iste miser est ÷
ideo dicit dimisi eos secundum deside
ria cordis eorum. Ideo eos dimisi
quoniam saepe percussi et disciplinam non rece
perunt. rogaui non audierunt. percussi
non senserunt dolorem. dimitto eos
in uoluntatibus suis ut saturati
uitiis suis uel sic agant paenitentiam.
Si populus meus audisset me. o clementissime
pater. o misericors deus. rogauit et
non est auditus. quasi iratus dimittit
filium lasciuientem. Iterum uide et pietatem
et dole quia perierat. et quid dicit.
Si populus meus audisset me. israhel si in uiis
meis ambulasset pro nihilo forsitan
inimicos eorum humiliassem.